Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



CLXXVIII

de granis solis
de Bith
de Ballutcito
de Balla
de Benestula
de Ballia mustata

Gariofili. De gariofilis.
Calidi sunt et sicci in 3o gdu, quida dicunt i sed, dicimus ergo q quida gariofili ex origine pfecti et acuti saporis calidi sunt. et sicci in 3o gradu. quida sunt remissiores in qlitatibz et iudicant calidi in sed gradu et sicci. Gariofili sunt fructus arboris in India nascentis. In estiuo tepore colligunt cu maturi sunt per vi. annos seruantur in multa efficacia et p dete annos sine corruptione In loco net multu sicco net multu humido fiet. quia si in loco multu humido fuaret putrefieret si vo i loco multu sicco arescerent i corugaret. Qui aute eligendi q in superficie plani sunt aliqntulu, signatur enim ex hoc subtilem habere humiditate. Et qui tuberosi sunt meliores sunt et qui habet acutu sapore, et qui in expressione ungiuis aliquata emittunt humiditatez. Sophisticat aute sit, ponit gariofilos mutiles in aliquo vase humectato paru uel ponit in panno et ponit aliquatulu sub aere per noctem mane exicant ut humiditas illa consumat, dinosci tamen in sapore, et quia maiore emittunt humiditate net etia multam habent planicie. Sophisticatur etia alio mo subtilit puluerisat gariofilos electos et conficit in aceto fortissimo. addito modico vino odorifero et in panno ligant mutiles gariofilos cum hac affectione in fundo p noctem ex aceto et vino contra humiditate et ex gariofilorz acumine vix dinoscunt sit sophisticati In pmo tamen dinoscunt, quia illud acume malus est in exterioribz qm in interioribz. Interiori em sube lingua applicata modicu uel nullu sentit acume sic aut sophisticati no seruat. nisi per ex dies. Habent aute bom gariofili vtute confortandi ex aromaticitate, dissoluendi consumedi ex qlitatibus suis. Ad digestione confortada detur vinu decoctionis gariofe et mastichis et mirre. Ad dolorez stomachi ex frida causa ul ventositate detur vinu decoctionis eoru cu semine feniculi. Contra asma frigidu in aqua ordei pot dragagantu et cu illa glutinositate confici at puluis gariofe et gum arab. et fiant inde pillule, et teneat eas pacies sub lingua diu. et post transglutiat. Ad meritis suffocationem puluis gariofe conficiatur cu vino odorifero et supponat uel inuiat per pessariu fumo eorum receptus etiam inferius valet. Ad ptipitatione matricis odoretur gariofe. Vinu etia decoctionis eorum det. Ad cerebri confortandu applicetur gariofe naribus. Contra fluxu ventris ex acumine medicine qm stramonea adhereat villis stochi, et con vomitu coleriu in ampulla vitrea plena aqua rosar, septem uel nouem gariofili bulliant cu mastiche medietate in duplici vase et tepide dat. Con. cardiacam passione et sincopi det. puluis.